



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Ervditiss. Ordinis  
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.  
Theologiae Mysticæ Libri Tres**

**Henricus <Herpius>**

**Coloniæ, 1611**

De adhæsione, queta qua Deo vnimur per spem. Cap. XXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37362**

amoris patiendi pro Christo, magnus erat in corde ipsius, & refrigerabatur per præsentem toleranciam in eo, quod desiderium suum adeptus fuerat, hoc est, pati pro Deo.

*De adhesionis, quæta qua Deo unimur per spem.*

*Cap. XXVI.*

**T**ertio confurgimus & Deo unimur per adhesionem quietam, solidatam anchora spei, ut scilicet quis omnes tam moralis quam spiritualis exercitij motus, omnemque internæ suavitatis (etiam diuinitus infusæ) sensibilem saporem, velocitate intentionis & dilectionis penetrabili acumine transcendat, & in Deo, tanquam in motus sui finali termino, immobiliter quiescat. Nam quando homo se eleuat supra omnem creaturam, supra semetipsum, & supra omnia dona Dei, & ita in dilecto amore viuifico requiescit, illie anima in Deo, & Deus in ea manet, & amoris complexu vicario requiescunt. In his ergo præfatis tribus punctis propriè consistit confusio vite actiuæ, quæ omnes morales virtutes, & virtuosæ opera, & etiam exercitia exteriora & interiora, per ista ordinantur, purgantur, nobilitantur, & in meritò augmentur. Cum ergo peruenerit homo ad rectam intentionem, ad actiuum impellentem amorem, & valet se supra omnia eleuare, in solo Deo requiescendo, ornatus moralibus virtutibus, tunc ad veram vitam actiuam peruenit. Hæc igitur est prima pars de spiritali profectu ad laudem Dei.



Zzz 2

D. HEN-